

Tarquinius Superbus rēgnat, in cuius rēgnō est sibylla. Quōdam diē, sibylla Rōmam venit cum novem librīs in quō ēventūs scrīptī sunt. Sibylla pecūniā nōn habet et librōs vēndere vult. Itaque ad Tarquinium it et librōs eī ostendit.

"Habeō novem librōs in quō ēventūs scrīptī sunt," Sibylla inquit. "Librōs tibi vēndere volō." Sibylla Tarquiniō pretium dat.

Tarquinius attonitus clāmat, "Hoc pretium est magnum! Librōs emere nōlō!"

Sibylla nōn respondet, sed, spectāns in oculōs Tarquiniī, trēs librōs incendit.

"Sex librōs habeō in quō ēventūs scrīptī sunt," Sibylla inquit. "Librōs tibi vēndere volō." Sibylla Tarquiniō pretium dat.

Tarquinius irātus clāmat, "Est idem pretium! Sex librōs eōdem pretiō quam novem emere nōlō!"

Iterum sibylla nōn respondet. Iterum sibylla, spectāns in oculōs Tarquiniī, trēs librōs incendit.

Tarquinius clāmat, "Quaesō, nōlī incendere librōs! Eōs emere volō! Quid est pretium?"

Sibylla idem pretium dat et librōs trīstī Tarquiniō Superbō vēndit. Itaque librī in monte Capitolīnō multa saecula manent.

Rōmae rēgnat Tarquinius Superbus, quī habet trēs filiōs. Hī filiī sunt Titus, Arrūns, et Sextus. Tarquinius Superbus per omnēs Latīnōs vult rēgnāre. Ūna urbs Latīna, Gabiī, nōn vult Tarquinium rēgnāre, et urbem claudit. Rōma est fortis, sed nōn potest vincere mūrōs Gabīnōs. Itaque Sextus, tertius filius Tarquiniī, Gabiōs it.

Sextus, Gabiōs intrāns, clāmat, "Pater meus est mōnstrum! Tarquinius est tyrānnus quī mē et urbem excrūciat. Mē servā nē ad Ētruscōs fugiam!"

Gabiī nōn vult Sextum ad Ētruscōs fugere et in urbem accipiunt. Sextus dīcit sē velle exercitum contrā Rōmam dūcere, et Gabiī eī exercitum dat. Sextus multīs proeliīs minōribus vīncit. Omnēs Gabiī iam Sextum amant. Mox Sextus tōtam urbem dūcit. Iam Sextus nūntium ad pātre mīttit.

Nūntius Tarquiniō inquit, "Quid debet Sextus facere?"

Tarquinius nōn respondet, sed per hortum ambulat. Dum ambulat, Tarquinius capita summōrum papāverum caedit. Nūntius cōnfūsus est, sed ad Sextum redit et eī dīcit quid Tarquinius fēcerit. Sextus intellegit.

Postrīdiē, Sextus incipit dīcere rēs malās dē multīs nōbilibus Gabīnīs. Populus Gabīnus multōs nōbilēs interficiunt, multōs fugere cogunt. Mox Gabiī tam invalidī sunt ut Rōma urbem capiat sine proeliō.

Dum Sextus in urbe Gabiis est, Tarquinius Superbus iubet Rōmānōs facere templum Iovis. Dum hominēs labōrant, serpēns ē columnā serpit. Tarquinius vocat filiōs suōs. Sextus Gabiis est, sed Tarquinius trēs filiōs habet. Itaque Titus et Arrūns Tarquinius celeriter veniunt cum amīcō. Nōmen amīcō erat Iūnius, sed "Brūtus" appellātur quod stultus est.

Tarquinius filiis inquit, "Ecce serpēns! Auspiciū est! Nāvigāte, filiī, ad Graeciam! Īte ad Pŷthiam!"

Itaque Titus et Arrūns cum Brūtō ad Graeciam iter faciunt. Septem diēs nāvigant. Dum nāvigant, Arrūns Titō inquit, "Brūtus est stultissimus. Cūr eum nōbīscum ferimus?"

Titus respondit, "Brūtus est tam stultus ut iocōsum sit."

Arrūns inquit, "Brūtum ōdī. Ubi ego rēx factus erō, eum ad leōnēs dabō. Leōnēs eum edent et tum iocōsum erit."

Titus inquit, "Āh stulte! TŪ numquam eris rēx, quod EGO erō rēx. Ego sum senior quam tū!"

Arrūns respondit, "Fortasse tū es senior, sed quoque es stultior quam Brūtus!"

Frātrēs iam pugnant. Tandem Brūtus inquit, "Navigāmus ad Pŷthiam! Cūr eam nōn rogētis?"

Tandem ad Delphōs veniunt. Postquam montem ascendunt ad templum Apollōnis, Pŷthiam vident. "Ō Pŷthia," Titus inquit, "quis erit rēx Rōmae?"

Pŷthia inquit, "Quisquis prīmus mātrem osculābitur, Rōmam ducet."

Celeriter domum nāvigant. Postquam in urbem veniunt, statim ad aulam currunt et, dum currit, Brūtus in terram cadit.

"Surge, stulte!" Arrūns clāmat, currēns.

Brūtus celeriter terram ōsculātur et surgit. Iam Titus et Arrūns prope mātrem veniunt et pugnāre incipiunt. Tandem Arrūns Titum ad terram pellit et mātrem osculātur!

Titus surgit et clāmat, "Pŷthia est stulta! Rēx erō!"